

pote discrecionis immensitate sublimis, providencie maturitate fecunda et devocionis claritate conspicua, viam veritatis non deserit¹, mansuetudinem non abhorret et², quod est³ precipuum, a timore Domini non recedit, est amatrix ecclesie, zelatrix⁴ quoque iusticie et christiane⁵ fidei defensatrix, est in ea prompti perspicacitas⁶ intellectus, salubris altitudo consilii et constantis fortitudinis⁷ firmamentum. Tantarum⁸ igitur⁹ virtutum castris in ipsa¹⁰ regnantibus, honorum meruit sublimium extolli¹¹ fastigiis et ad orbis¹² gerenda magnalia specialiter¹³ evocari, ut deformata reformet, corrigenda corrigat et dirigat indirecta.

Noviter¹⁴ autem¹⁵ Urbis vacante senatu regimine¹⁶ senatoris¹⁷, in¹⁸ Capitolio¹⁹ pro futuri²⁰ substitutione²¹ rectoris, ut moris est²², Romani populi multitudine congregata, omnes²³ unanimiter et concorditer, quibusdam filiis maledictionis²⁴ exceptis²⁵, vos elegerunt in perpetuum senatorem²⁶, singulis eo desiderabilius expectantibus regie serenitatis²⁷ adventum, quo per ipsam²⁸ de turbacionum fluctibus²⁹ ad quietis portum sperant celerius³⁰ pervenire. Licet igitur alia multaue grandia³¹ negocia vobis incumbere dinoscamus, quia tamen per electionem huiusmodi regali celsitudini ad sublimiora videmus ianuam³² aperiri³³, quesumus, ut³⁴ ad suscipiendum³⁵ senatoriam³⁶ dignitatem viriliter exurgatis³⁷, ut³⁸ in hoc magnitudinis vestre³⁹ fortitudo grandescat⁴⁰, cum nichil magno viro sit arduum et devotos dirigat⁴¹ Dominus in salutem. Profecto quanto negocium ipsum studio curaveritis⁴² aggredi⁴³ pociori, tanto feliciori⁴⁴ consumabitur exitu tantoque regalis magnificencia culminis maioris laudis et glorie preconiiis extolletur. Ceterum sitis apparatusibus imperialibus premuniti, ut, cum vocati fueritis, feliciter dante

1) 'abholeret' V 2. 2) 'mans. n. abh. et' fehlt V 2. 3) fehlt P.
 4) 'solatrix' D. 5) fehlt D. 6) 'prospicitas' von spät. Hd. verbess. in
 'prospicacitas' D. 7) 'constancie' statt 'const. f.' D. 8) 'Tantis' V 1.
 9) 'itaque' V 1. V 2. 10) 'ipso' V 1. 11) 'meruit subl. hon. attolli'
 V 1. V 2. 12) 'urbis' V 1. V 2. 13) 'spiritualiter' P. 14) 'Nunc' V 1.
 15) 'enim' D. 16) 'regimen' D, V 2. 17) 'sanatoris ut moris est' V 2.
 18) fehlt D, 'et' P. 19) 'Capitolium' D. 20) 'sui' V 1. V 2. 21) 'sub-
 stentacione' V 2; 'sustentacione' P. 22) 'ut — est' fehlt V 2. 23) 'omnis' D.
 24) mal. fil. V 1. 25) Eine Gegenpartei wählte bekanntlich Manfred
 zum Senator. 26) 'sen. perpet.' D. 27) 'sanitatis' D. 28) 'ipsum' V 1.
 29) 'fluctuacionibus' V 2. 30) So am Rande korr. aus 'clarus' D.
 31) 'multa grandiaque' D. 32) 'iannuam' D. 33) 'aperire' D. 34) fehlt D.
 35) 'suscipiendam' D. 36) 'senatorie' V 1, P; 'sanatoriam' D. 37) 'assur-
 gatis' P. 38) 'et' D; folgt 'vestre' V 2. 39) fehlt V 2. 40) scan-
 descat' V 2. 41) 'dirrigat' D. 42) 'curaveris' V 2. 43) 'agredi' P.
 44) 'faciliori' V 1; 'potiori' P.